



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesin Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

II. Cum duæ sint notæ monstrantes Ecclesiam, videlicet puritas doctrinæ Euangelij, & legitimus vsus Sacramentorum, Secundo loco, de summa doctrinæ, quæ in primorum parentum Ecclesia sonuit, dicendum ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

Pij igitur mandato diuino, se ab huiusmodi Hypocritis, etiamsi ordinariam Ecclesie gubernationem tenent, segregare coguntur, ut Christus & Apostoli se à Phariseis sciungebant.

Etsi nunc quoq; nostri aduersarij autoritate, multitudine, potentia, ac titulo Ecclesie nobis antecellunt, tamen sciamus uera Ecclesie Dei membra esse non Cainicos Hypocritas, sed homines pios qui ueram uera doctrinam retinent, & uera inuocatione pijs officijs Deo seruiunt.

II. Locus.

DE DOCTRINA qua sonuit in Ecclesia Patrum.

Vna est de Lege & Euangelio doctrina Ecclesie omnium temporum, qua omnes Sancti, ab initio mundi, ante & post Christum ex Virgine nati uati sunt. Quare non dubium est primos patrum suis filijs & posteris tradidisse doctrinam de omnibus Articulis principalibus cum nostra consensentem.

De Deo.

De creatione rerum.

De suo lapsu, & poenis eius lapsus.

De insidijs Diaboli.

De causis mortis, & omnium miseriarum humanarum.

De promissione uenturi Seminis, quo placanda erat uera & ingens ira Dei.

De delendo peccato.

De restitutione uitæ æternæ.

De Fide accipiente remissionem peccatorum, & uitam æternam.

De discrimine actionum bonarum & malarum diuinitus insito naturæ hominum.

De discrimine huius naturalis noticiæ & promissionis prolatae ex arcano sinu æterni Patris de Semine.

De futuro iudicio uniuersi generis humani.

Item, de suis sacrificijs, quæ docebant uincula esse publicorum congressuum, in quibus doctrinam de promissione propagari necesse esset, & picturas esse communes de mactatione uenturi Agni, hoc est, promissi Seminis &c.

III. Locus.

DE IUSTITIA fidei.

Ebræ. 11. dicitur. Fide Abel meliorem hostiam, quam Cain, Deo obtulit, per quam (Fidem) testimonio diuino pronuntiatus est esse iustus, testificante super